

In solidum & In, de, et super fructibus unius petij terre vineati, posito
 in territorio Montis Florum, in contrada Gualdi, propè à monte
 Donati Fini, à mare Felicis quondam Antonij Marci Antonij,
 aliosque veriores fines, si qui & imposuerunt, constituerunt,
 creaverunt, et vendiderunt unum annum, liberum, ac immu-
 nem Censum Iuliorum quatuor monete de fructibus dicti annui
 Census ad rationem octo pro centenario, et anno ad favorem Anne
 Marie filie quondam Francisci Laureti Uxor Josephi Fini, suorumque &
 Hanc autem venditionem, et impositionem dicti annui Census super eis-
 dem fructibus constituti in solidum dederunt, et concesserunt dicte
 Anne Marie, ac suis & omnia Iura, et actiones competentia,
 et competitura & secundum Bullam Beati Pij Quinti de
 modo creandiCensus, cum qua ambe partes respectivè confir-
 mare voluerunt, et non alias, aliter, nec alio modo & alias &
 etiamque cum Clausola constituti, et precario in forma constituerunt & ad
 habendum & Ponentes & cedentes & Predictamque redimibi-
 lem creationem dicti annui Census fecerunt, et faciunt ad
 favorem dicte Anne Marie, suorumque & pro pretio, et pretij
 nomine scutorum quinque Iuliorum decem scuto quolibet,
 et ad dictam rationem octo pro centenario, et anno & Que hìc Coram
 nobis et ab oculis nostris non amotis, dicti Victoria, et Philippus
 Coniuges manualiter, et in contantim habuerunt, et recepe-
 runt à dicta Anna Maria in tot paulis, et testonibus argenteis
 iusti, et recti ponderis presente, et solvente de illis propriis ad cen-
 sum perpetuum acceptis predictam Annam Mariam, et Iosephum eius
 Virum à Venerabili Societate Sancte Marie Suffraggij huius
 loci & et ad sese dicti Impositores traxe-
 runt, et tracta totidem esse dixerunt, et quietaverunt in forma
 Juris